

XXI.

Pilgrimi in scribendo fidelis desudat intencio, cuius laboris sudor extergitur, cum ei pro subiecto opere premia celorum a Domino recompensantur.

1. Missales libri duo. 2. Leccionarius cum evangeliiis. 3. Graduale unum cum tropis et sequencionario. 4. Antiphonarium. 5. Psalteria duo cum ymnariis.

XXII.

Marcwardi iunioris sunt ista laboris indicia, qui quia calamum frequentavit, et ipse scriptorum premio non carebit.

1. Psalterium glosatum. 2. Item psalterium cum ymnario. 3. Lamentaciones. 4. Tullius de amicitia.

XXIII.

Hermannus iunior scribendi nunc primum fecit exordium, quem coronet Omnipotens celestium mercede donorum.

1. Ieronimus super Marcum. 2. Augustinus de libero arbitrio. 3. Tullius de amicitia.

XXIV.

Mathfridus¹ ceteris non impar scriptoribus hec preclara suis dedit monimenta diebus.

1. Collectarium. 2. Origenes super cantica canticorum. 3. Beda super cantica canticorum, super Thobiam et XXX questiones de libro regum in uno volumine. 4. Marcus glosatus. 5. Paterius in duobus voluminibus. 6. Breviarium Iheronimi super quatuor evangelistas.

XXV.

Preterea fratres nostri Berengerus et Wecil relinquentes seculum et religionis monastice assumentes habitum suos ad nos detulere libros, quos singillatim annotare curavimus. Hii libri felicitis Berengerii².

1. Iohannes glosatus. 2. Apokalipsis glosata. 3. Cantica canticorum glosata. 4. Canonice epistole glosate. 5. Continue glose super easdem epistolas. 6. Commentum

1) So 2 auf Rasur; 'atnfridus' mit einem für den Rubricator vorgeschriebenen 't' 1. Unter dem 't' noch eine Schlangenlinie, nicht sehr verschieden von dem in XXII für den Rubricator vor 'arcwardi' vorgeschriebenen 'm'. 2) 'Berengeri' 2.